





1695 15a 1300  
21  
Q. F. F. Q. S!  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
DE

PROBATIONE  
PRO EXONERANDA  
CONSCIENTIA.

Von

Vertretung des Gewissens mit Beweis!

quam

Ex Decreto

Inclyti Jctorum Vitembergensium Ordinis,

PRÆSIDE

DN. GODOFREDO SUEVO,

J. U. D. PP. & Collegiorum, quæ hîc

sunt, Assessore,

*Pro summis in U. F. honoribus obtinendis*

*ad. d. 15. Augusti M. DC. XCV.*

*habebit*

HENRICUS SCHÜTZ,

Lipsiensis.

*in Auditorio majori,*

*horis ante & pomeridianis.*

WITTENBERGÆ, Ex Chalcogr. SCHRÖDTERIANO, Acad. Typ.



PARENTI. SUO. OPTIMO.  
DN.  
CHRISTOPHORO. GEORGIO.  
SCHÜTZIO.

REIPUBL. PATRIÆ.

ÆDILIT. DIGNIT.  
SENATORI. PRIMARIO.

OMNI. HONORIS. ET. OBSEQVI. CULTU.  
AD. CINERES. DEVENERANDO.

*DISPUTATIONEM. HANC. INAUGURALEM.*  
OB.

INFINITA. BENEFICIA.  
AD.

GRATI. ANIMI. ET. SANCTÆ. PIETATIS.  
PERENNE. MONUMENTUM.

D. D. D.

FILIUS. OBSEQVENTISSIMUS.  
HENR. SCHUTZ.



Q. D. B. VI

CAP. I.

DE

PROBATIONE PRO EXONERANDA CONSCIENTIA IN GENERE,

Summaria.

Jusjurandum vulgo inter modos probandi refertur n. 1.	Nominalis definitio vocabuli Conscientia. n. 14. 15. 16.
Est firmissimum lites dirimendi remedium, n. 2.	Differt a scientia & notitia & quomodo. n. 17.
Non tamen species probationis. n. 3. 4.	Quod J. Romano ignoratur. n. 18.
Cessat ubi alia probatio adest, n. 5.	An probatio pro exonemnda conscientia deduci possit ex jure communi? n. 19.
Qualis est pro exonemnda conscientia n. 6.	Affirmatur, n. 20.
Quomodo hac alias nominetur, n. 7.	Probatur ex L. 30. ff. de jurejur. & aliis juris textibus. n. 21, 22.
Transitio. n. 8.	Dissentientium opinio, precipue Duareni & Setseri, n. 23.
Etymologia probationis & homonymia. n. 9. 10.	Responsio nostra, n. 24.
Acceptio nostra. n. 11.	Cui probationes suppetunt, non est cogendus ad jusjurandum. n. 25.
Est vel plena vel minus plena. n. 12.	
Notatur Wissenbach, n. 13.	

A 2

Invito



1021  
Invito reo lis non est abbrevianda. Notatur Jason, & respondetur ad  
n. 26. L. 38. pr. ff. de iurej. n. 31.

Quod actori licet, reo non potest Ampliatio sententiae nostrae.  
non licere. n. 27. n. 32.

Ubi aliud adest remedium, cessat Jure Saxonico licet probationibus  
subsidiarium. n. 28. exonerare conscientiam. n. 33.

Non turpiter faciunt qui abhor. Idem de Magdeburgensi, Lubecen-  
sive jusjurandum. n. 29. si & Vismariensi. n. 34.

Non semper expedit referre iura-  
mentum. n. 30.

- 1 **I**nter reliquos, qui litigantibus in iudicio  
subveniunt, probandi modos, numerari  
vulgò etiam jusjurandum, nemo non  
novit, qui vel primoribus, quod ajunt, la-  
bris diffusam processûs degustavit ma-  
teriem. Nec sane est firmitus facile expeditiusq; lites di-  
rimendi jurejurandò remedium, siquidem rei judicatae  
æquiparari cœpit L. 2. ff. de iurej. & utilem non modo judi-  
cati actionem sed & exceptionem producit. STRAUCH.  
2 *dissert. 25. th. 30.* STRUV. *Exerc. 17. th. 51.* Ast obtinet tan-  
tum probationis vim L. 11. §. fin. ff. de iurej. nec species  
probationis proprie dici potest, cum demùm in ejus  
locum quadantenus succedat L. 12. pr. C. de reb. cred. un-  
de subsidiaria tantum probatio dicitur. Dn. STRYK. *de*  
3 *Jur. sens. Disp. 10. c. 2. n. 13.* & *in Introd. ad Prax. for. c. 2. §. 8.*  
4 Et quanquam eo præstito reus vel absolvatur vel con-  
demnetur, fit tamen hoc, non quòd probatio sit, sed  
propter conventionem atque religionem L. 1. L. 25. ff. de  
5 *Jurej.* alias enim in propria causa quis testis esset. Dn.  
BORN. *disp. ad univers. Jus jud. 1. th. 56. lit. A.* Est hinc,  
quòd aliâ deficiente legitimâ probatione, ad jusjuran-  
dum

dum demum deveniatur, nec, qui jussus est jurare, ad  
 juramenti præstationem invitus adstringi possit, sed a-  
 liis, si quæ suppetant, probationibus, ni referre malit,  
 suam deducere intentionem valeat. † Dicitur hæc pro 6  
 exoneranda conscientia suscipi probatio aliàs defen-  
 sio, salvatio conscientia, † Nostratibus *die Vertretung* 7  
*des Gewissens mit Beweis*. Quæ cum se mihi utilitate 8  
 suâ maxime commendaverit, inauguralis dissertatio-  
 nis loco Eruditorum submittere eam examini apud a-  
 nimum meum constitui.

Probatio à probô denominationem trahit, quia o- 9  
 mnis is probare dicitur, qui facit, ut probum & rectum  
 judicetur id, quod agitur. CALVIN. *in Lex. jur. b.* Est 10  
 ambiguum aliàs vocabulum, variasque ejus acceptio-  
 nes apud Autores passim reperies. vid. ECKOLT. *tit. de*  
*probat. §. 1. WESENBEC. eod. tit. §. 2. & ibi HAHN.* Hic loci ni- 11  
 hil aliud est, quàm negatæ intentionis confirmatio ar-  
 gumentis legitimis ad fidem judici faciendam.  
 STRAUCH. *disp. 25. tb. 8.* Variè solet dividi, communiter 12  
 tamen in plenam & minus plenam. STRUV. *Tit. de pro-*  
*bat. Exerc. 28. tb. 5.* SCHÜTZ. *in Compend. Lauterb. eod.*  
 Quamvis divisio hæc displiceat WISSENBACHIO *Disp. ff.* 13  
*43. tit. de probat. tb. 3.* & DONELLO *Lib. 24. Comm. c. 19.* so-  
 lidè enim refutantur, ille ab ECKOLTO *dict. tit. §. 2.* hic  
 verò à STRUV. *in Evolut. Exerc. 28. tb. 5. p. 396.* nec opponi-  
 tur hic opinio fidei, sed scientiæ: consule Dn. BORN.  
*dict. disp. ad univers. jus jud. 1. tb. 50. lit. H.*

Quid conscientia sit, non facile ignorabit sanâ ratio- 14  
 ne præditus, nisi omni careat conscientia. A conscio,  
 si etymon spectes, denominatur, ut à scio scientiâ, Græ-  
 ci *συνείδησις* vocant, & propriè significat id, quod nobis-

2051  
cum scimus, sine communicatione cum aliis.  
15 Hinc quibusdam cordis scientia, aliis quasi conclu-  
dens scientia est; quoniam scilicet homo ex lumine na-  
turæ judicat atque concludit, quid honestum sit,  
16 quidve turpe. Alii vero quasi scientiam cum aliis di-  
ctam volunt, quomodo pro scientia alieni flagitii apud  
Ictos etiam usurpatur, notione optimæ notæ autori-  
bus usitatissima vid. L. 46. ff. de acquir. hered. L. 1. §. si quis  
17 in villa 30. ad SCtum Syllan. Quomodo differant in-  
ter se conscientia, scientia & notitia, *Bewissen/Wissens-*  
*schaft und Wohlbewust/* notum est. vid. WEHNER.  
in *Observ. Pract. vocab. Wissenschaft.* & BERLICH. p.  
1. concl. 55. n. 18. Scilicet conscientia ad factum propri-  
um refertur, in quo non toleratur ignorantia aut error  
L. 7. ff. ad SCtum Vellej. scientia verò & notitia ad alie-  
18 num; quam differentiam ex jure Germanico ori-  
ginem trahere, utpote jure Romano hæc notatione,  
ignoratam autor est SCHILTERUS *Exercit. ad ff. 23. §. 18.*  
19 Quæritur nunc, an admittenda sit hæc pro salvan-  
dâ conscientiam suscepta probatio, & an ex jure commu-  
ni deduci validè possit? Et est quidem non levis de  
20 hoc inter Doctores contentio; magis tamen arridet  
affirmantium sententia, quæ & æquior est, & RAUCH-  
BARO teste, etiam receptior. Tuentur eam JASON *ad*  
*§. 11. Inst. de act. n. 86.* SCHNEIDEW. *ibid. n. 92.* BEUST. *de*  
*jurej. ad rubr. n. 60. seq.* FRANTZK. *tit. de Jurej. n. 119.*  
RAUCHBAR. *Lib. 2. qu. 3. n. 19.* ANT. FABER. p. 1. dec. 19.  
*Error. 9. in fin. & in cit. tit. de jurejur. def. 3.* BERLICH. p. 1.  
*concl. 32. n. 22.* MEVIUS *ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 8. art. 2. n. 22.*  
& p. 11. dec. 166. n. 8. HERCULANUS *de proband. negat. n.*  
204. BRUNNEM. *in Proc. Civ. c. 23. n. 14.* item *ad L. 30. ff.*  
*de jurej. n. 10. §. 11. & L. 9. C. de reb. cred. n. 20. 21.* Dn.  
STRYK.



1309  
STRYK. in *Introd. ad prax. forens. loc. cit.* MARTINI ad  
*Proceff. Sax. p. 649. n. 4.* & alii. Sedem autem hu-2  
jus probationis, & recte, ni fallor, ponunt in *L. 30. ff. de  
jurejur.* quæ oppidò eorum firmat sententiam; diser-  
te enim ibi constitutum est, posse quem, omisso, quod  
ipfi delatum est, juramento, ad probationes descende-  
re, & jus suum persequi; quod sane Jus non solum in  
actionibus, quæ inficiando crescunt, sed in quibuscun-  
que recte observabitur, RAUCHBAR. *loc. cit.* BRUNNEM.  
*ad b. l. n. 10.* Faciunt huc *L. 71. ff. de R. V. L. 8. ff. de* 2  
*condit. inst. L. fin. C. de reb. Cred. L. 21. verb. neq. enim, junct.*  
*verb. Sin autem, C. de fide instrum. L. 14. §. 3. C. de non num.*  
*pecun. & tandem cap. 2. X. de probation.* ubi expresse ha-  
betur, ad juramentum non debere recurri, nisi ubi alia  
probationes deficiunt.

Quæ in contrarium negativæ sententiæ Patroni 23  
proferunt argumenta, parum mihi quidem videntur  
habere ponderis. Equidem DUARENUS in *post. Com-*  
*ment. tit. de jurejur. cap. 3. coll. 3. & 4.* quique eum fide-  
liter exscribendo sequitur SETSERUS *tr. de juram. L. 4. c.*  
*2. n. 12.* de hac quæstione nullo certo jure definitum  
quid reperiri, & ideo, quod æquius & melius videatur,  
judicandum esse, existimant; quasi æquitati magis con-  
veniat, ut, qui jurare jussus est, vel ad jurandum vel ad  
referendum cogatur. Ast, sicuti ex legibus modò 24  
adductis satis perspicue apparet, Jure communi hanc  
conscientiæ defensionem fundatam esse; ita æquitate  
rem aliter dijudicaturi nullam æquitatis videntur ha-  
buisse rationem. Quod enim dicunt, longe citius  
expediri ac dirimi lites, si jurare aut referre jus juran-  
dum adversa pars cogereetur, nescio, an adeò expedi-  
tum.

25 tum sit; Equidem probandæ sunt illæ leges secundum  
Socratem, quibus quàm citissime lites finiuntur; for-  
tè autem & probationibus id fieri poterit, quas, siqui-  
dem legitimæ sint, tantùm non omnibus qui ad eas  
confugiunt, proponere in iudicio leges civiles permit-  
tunt. Et, quæso, an qui certò intentionem suam  
probaturus est testibus atque instrumentis, ne præ-  
stando delatum sibi Jusjurandum dubium cuiquam re-  
linquat, an pejeraverit, adigi jure potest, ut invitus ju-  
ret? Intempestivum & admodum durum hoc esset,  
26 abbreviandæ litis studium; Et quotusquisque est  
qui ignorat, invito reo ne abbreviari quidem tam  
facile litem posse; unde nostris moribus ordinaria cau-  
sa reo contradicente summarie tractari nequit, ut no-  
27 tum est. Nec video, cur actori quidem liberum  
sit, ab initio aut deferre juramentum, aut probare, reo  
verò idem beneficium denegatum esse oporteat, præ-  
cipue, cum actor suâ, quam deferendò juramentum ha-  
bebat, intentione non excidat, & onus probandi hunc  
maneat DN. ZIEGL. *ad Ord. Proc. Sax. verb. soll ihm solches*  
28 *nachgelassen &c.* Est juramentum, ut jam dictum  
fuit, subsidiaria tantùm probatio, quæ, aliæ si suppe-  
tant, cessare debet, quod ipsi fortè etiam agnoscunt, qui  
dissentiunt; Quidni igitur reo defendere gravatam ju-  
rejurando conscientiam legitimis, quas in promptu  
29 habet, probationibus permissum esset. Sunt cer-  
tè quidam, præcipuè honesti viri, ad jurandum ita ti-  
midi, ut quidvis potius facerent, quam jurarent, qui  
tamen non turpiter sed modestè potius facere istud di-  
cendi sunt, siquidem religione magis, quam conscien-  
tiâ spirituales hanc torturam abhorrent. *L. 8. ff. de  
condit.*

*condit. inst. § L. pen. §. fin. C. de fide instrum.* Et quamvis 30  
 per relationem declinare eos posse jurisjurandi præ-  
 stationem dixeris, non semper tamen hoc fortè expe-  
 diet. Nam quid si deferens homo vilis sit, qui liben-  
 ter juraret, dummodo id, quod petit, consequi possit?  
 An suadendum esset reo, ut litis victoriam deferentis  
 perjurio per relationem committat, quam liquidis  
 probationibus instructus certò sibi promittere pote-  
 rat. vid. SCHNEIDEW. *ad §. 11. Inst. n. 92. de Action.* & JA-  
 SON. *ad eund. §. n. 86.* Equidem JASON sibi ipsi ad *L. 38. 31*  
*pr. ff. de jurejur.* non constat, quod ibi dicatur manifestæ  
 esse turpitudinis jurare nolle, nec juramentum referre;  
 sed uti de necessario jurejurando lex illa in certa hypo-  
 thesi intelligi potest, ita quoq; non excluditur ibi omnis  
 probatio. Atque hanc affirmantium assertionem adeo 32  
 veram esse putat BERLICH. *part. 1. concl. 32. n. 22. in fin. ut,*  
 etsi statutum juramento locò probationis stare debere  
 dicat, non aliter tamen id interpretandum sit, quam  
 si juramentum per contrariam probationem reproba-  
 ri non possit, allegans in hanc rem LUDOV. ROMAN.  
*Conf. 102. n. 3. vers. volens jurare.*

Jure nostro Saxonico res extra dubitationis aleam 33  
 posita est, postquam Serenissimi Legislatores expres-  
 sis Constitutionibus istud beneficium reis concesserunt,  
 ut jurare jussi, si testibus vel instrumentis intentionem  
 suam probare malint, nec suscipere nec referre dela-  
 tum ab adversario juramentum cogantur *P. 1. Constit.*  
*Elect. Augusti 12. vers. Oder da er sein Gewissen mit Bes*  
*weiß zuvertreten vorhabens/ ic. & Conf. 14. in rubro.*  
 Wenn der Kläger dem Beklagten den Grund der Klage  
 ins Gewissen stellet/ und Beklagter will dasselbe mit Bes  
 B weis

216

weisung vertreten. Quibus concordat *Decis. noviss. 19. & Ord. Proc. Jud. Sax. t. 19. von Vertretung der Gewissen/ per 43tot Plane MARTINI b. n. 3. non modo in Archiepiscopatu Magdeburgensi per Ord. Proc. jud. c. 30. §. So ist auch demjenigen ic vers. sein Gewissen mit Beweis zu vertreten sich angemasset ic. So ihm verstattet; sed etiam Jure Lubecensi idem observari probat, cui nec praxis summi tribunalis Regii Vismariensis contrariatur, testante id Ord. Jud. Vismar. p. 2. tit. 34. §. 1. vers. Er wolte denn seine intention beweisen/ oder in andere Wege beybringen.*

CAP. II.  
 QUI ET QUIBUS CASIBUS  
 EXONERARE CONSCIENTIAM  
 POSSUNT.

SUMMARIA.

<p>Onerata debet esse ejus conscientia. qui exonerare cupit. n. 1.</p> <p>Delatum quando dicatur jusjurandum? n. 2.</p> <p>Qui deferre possint? remissivè. n. 3.</p> <p>Omnes deferunt, qui non prohibentur. n. 4.</p> <p>Tutores &amp; Curatores quando deferant? n. 5.</p> <p>Quibus deferri possit? n. 6.</p> <p>In Pupillis differtur jurisjurandi præstatio usq; ad pubertatem. n. 7.</p>	<p>Quando deferatur heredi? n. 8.</p> <p>Defert tam actor quam reus. n. 9.</p> <p>Jure Civili indistinctè. n. 10.</p> <p>Saxonico Actor non nisi ante l. c. &amp; præst. guarandam. n. 11.</p> <p>Reus vero etiam post. n. 12.</p> <p>Quando actor hoc jure rei utatur? n. 13. 14. 15. 16.</p> <p>Cur actor ante l. c. &amp; præstitam guarandam deferre teneatur? n. 17.</p> <p>Quibus deferri potest juramentum-</p>
--	--





temerè committendo perdere viderentur. *L. 17. §. 1. §. 1. L. 35. in pr. ff. de Jurejur.*

- 6 Quibus deferri possit, allegati modo Doctores itidem te docebunt, tenendum tamen, fieri posse delationem cuilibet litigatori intelligenti, sine discrimine sexus vel ætatis. *L. 20. L. 24. L. 26. ff. de Jurej.* adeoque non modo pupillis & minoribus, sed etiam socero, parentibus, affinibus & cognatis per *L. 14. ff. eod. ib. nec parenti nec patrono remittitur jusjurandum.* Imo etiam illustribus & egregiis personis. *L. 15. ff. d. t.* In pupillis tamen differri jusjurandum usque ad pubertatem satius esse puto; prout etiam Domini Scabini Lips. referente *Martini c. 1. Mense Septemb. Anno 1636.* pronunciarunt. Unde seynd Klägers mündlein/iedoch eher nicht/ als wenn sie zu ihren mündigen Jahren kommen/ ihre Wissenschaft und Wohlbewust zu erdfinnen
- 8 schuldig ic. Heredi verò intuitu defuncti non licet deferri, cum iniquum sit de alieno facto jurare *L. 11. §. 2. ff. de act. rer. amot.* nisi ut juret de credulitate, si defuncto delatum fuerit, uti in *Const. Elect. Augusti XXIV. P. 1.* est decisum.

- 9 Cæterum defert tam Actor quam reus, ille quidem super actione suâ, hic super exceptionibus, non modo Jure Civili sed etiam Saxonico. Tit. enim 19. Ord. Pr. generaliter loquitur ib. pr. Wenn einem von seinen Gegentheil/ cum hac tamen differentia, ut Jure communi uterque quocunque tempore id facere possit *L. 12. in f. pr. C. de reb. cred. §. Jurej.* Saxonico verò actor præcise ante litis contestationem & præstitam guarandam deferre teneatur *Const. Elect. II. P. 1. vers.*

So ordnen und wollen wir / *unctâ Ord. Proc. Jud. tit. 18. pr. verb.* Jedoch daß er es vermöge publicirter Constitution vor angelobter Gewehr und Kriegs-Befestigung thue. *Cum reo majus spatium concessum sit, modo non ad ultimam positionē differat. §. 4. ibid. verb.* 12  
 Da aber der Best Klägern das Fundamentum Exceptionis ins Gewissen schieben wolte / soll ihm solches so lange frey stehen / biß ihme derowegen Beweisung auferleget wird. *Quo jure actor quoque, super replica delaturus juramentum, uti poterit, cum replica sit exceptio pr. Instit. de replic. L. 1 ff. de Except. BERLICH P. 1. Concl. 29. n. 66. uti & aliis in casibus v. g. Si post guarandam & litis contestationem nova emergat causa CARPZ. L. 3. Resp. 40. n. 10. vellis conditionaliter contestata fuerit id. ib. n. 11. & O. Pr. Sax. d. t. pr. vers.* 13  
 es were denn daß solche litis contestation nicht pure, sondern conditionaliter und eventualiter geschehen: 16  
*vel sit causa negatoria, uti Scab. Lips. in causa Franz Engels contra Michael Langen coram Senatu Oppidano die 28. Jan. 1687. pronunciaffe refert DN. RIVINUS in Colleg. MSCto. ad O. Proc. Sax. d. t. pr. qu. 5. Quid in Juramento Calumniæ? v. RAUCHB. P. 1. Qu. 10. n. 20. seq.*  
 Quod verò actor regulariter ante litis contestationem & præstitam guarandam deferre jusjurandum teneatur, inde est, quòd Jure Saxon. Juramenti delatio, quantum adhunc effectum, pro libelli mutatione habeatur, quæ post litem contestatam fieri nequit, 18  
 & quamvis probatio post litis contestationem demùm instituat, *t. t. ut lite non cont. non proced.*, non est tamen juramentum vera probatio, sed tantum ab onere probandi relevatio, ut ex supra adductis manifestum est.

B 3

Atque

Atque hæc præmissis utile erit, ut appareat, qui-  
 nam probationibus redimere suam conscientiam pos-  
 19 sint. Quibuscunque enim deferri potest Juramentum,  
 illi etiam id regulariter recusare & sic conscientiam ju-  
 rejurando gravatam exonerare possunt. Unde ex mo-  
 20 do dictis colligo, tam actori quam reo hoc beneficium  
 pro diversitate circumstantiarum competere. Sed dixi  
 regulariter. Dantur enim casus, quibus hæc probatio  
 21 pro salvanda conscientia institui nequit. Sanè in relato  
 jurejurando non audiendus est actor, si pro averten-  
 do eo probare intentionem suam legitimo modo velit;  
 Tunc enim æquum est, ut ipse, quam elegerat antea  
 viam ambulet, & quam alteri posuit legem, non  
 transgrediatur *t. t. ff. quod quisque jur. in alt. L. 3. ff. de*  
*condit. Instit. L. 25. § 1. de const. pec. L. 38. ff. de Jurej.* & sic  
 expresse cautum est in *Const. Elector. 14. P. 1. vers. deß*  
*gleichen soll auch zc. & Ord. Proc. tit. 19. pr verb. oder da*  
*ihm derselbe referiret und wieder heimb geschoben wor-*  
*den / nicht verstattet zc. it. Weil er ihm ein mahl den*  
*Weg des Endes belieben lassen. Nec poterit actor,*  
 aut cui relatio facta est, de injuria conqueri, cum re-  
 latio delationi conjuncta sit. *L. 34. §. 6. & L. 38. de Ju-*  
*rej. L. 9. C. eod. v. CARPZ. in Jurispr. for. P. 1. C. 14. def. 4. &*  
*in Proc. t. 11. art. 5. n. 13. MOLLER ad d. Const. n. 18. NI-*  
 COLAI *in Proc. cap. 43. n. 9.*

22 Idem obtinet in acceptato jurejurando, sive ac-  
 ceptatio illa voluntariò sive necessariò facta sit, utro-  
 que enim modò hæc probatio cessabit, nec defensionis  
 23 conscientia locus erit. Et primùm quidem, si appro-  
 bet retis delatum sibi juramentum, expresse prohi-  
 betur ad probationes confugere *per Ord. Pr. Sax. tit. 19.*





*in fin. pr. verb.* Wie auch der / welchem der Eyd deferrirt, wenn er denselben einmahl acceptiret / mit der Beweisung ferner nicht gehöret werden. Quod enim ab initio fuit voluntatis, postea, si semel acceptetur, fit necessitatis *L. 17. §. 3. ff. Commod. L. 23. ff. de R. J. L. 8. C. de O. & A.* Potest tamen super certo puncto probationem suscipere reus, super altero jusjurandum referre, ne deterior sit ipsius conditio actoris conditione. BRUNNEMANN. *in Proc. Civ. c. 23. n. 14.* Ubi necessario acceptandum sit delatum juramentum, ex<sup>24</sup> sequentibus patebit.

In suppletorio, quod inde necessarium recte audit, per *text. in rubr. seu necessario ff. de jurej.* non licet proficere ad hoc probationis remedium. Nam cum is, cui delatum à judice est, semiplenè tantum probaverit *Cap. 2. X. de probat.* præsumitur nec postea plenè probare posse, sed frustra in eo refugium quærere, quod antea perficere & præstare non potuit. BERLICH. *part. 1. concl. 33. n. 8.* Quod & verum est, licet<sup>25</sup> alios testes & nova documenta urgeat; probatoriò enim terminò semel elapsò ulterior probatio non admittitur CARPZOV. *part. 1. Const. 14. def. 21.* nisi juret, se antea horum documentorum notitiam non habuisse BERLICH. *d. l. concl. 38. n. 92. seq. Ord. Proc. Sax. tit. 24. §. 1. in fin.*

De juramento quod in materia editionis instrumentorum imponitur, idem dicendum. Hoc enim cui delatum est, aut instrumenta edere, aut se ea non habere, nec malitiosè alienasse, daß er sie nicht gefährlicher Weise von abhanden fönnen lassen / jurare tenetur, nec admittitur, si probare aut referre malit *Ord. Proc. Sax. tit.*

tit. 26. §. 1. *ibi*: noch sein Gewissen mit Beweis vertres-  
 ten/ & §. 2. *in fin. ibi*: noch in solchen Fall zu Vertres-  
 tung seines Gewissens mit Beweis zugelassen werden.  
 CARPZOV. *Lib. 3. Resp. 55. n. 12. seq.* concordat *Ord. jud.*  
*summi Tribunal. Regni Vismar. p. 2. tit. 30. §. 4. vers.* und  
 27 darzu auf des suchenden theils anhalten angehalten  
 werden. Observatum tamen sæpius est, si heredibus  
 injuncta fuerit editio documentorum, quæ apud de-  
 functum fuisse præsumebantur, eos admissos fuisse  
 cum exhibitione inventariorum ad removendum ju-  
 ramentum & declinandam documentorum editio-  
 nem. Ita Domini Scabini Lipsiens. de public. d. 14. A-  
 pril. 1676. Würde nun Beklagter seinem Erbietten  
 nach die über seines Principals Verlassenschaft auff  
 gerichtete Inventaria in originali produciren / so sind  
 dieselben mit edition der sub E. F. angegebenen docu-  
 28 menten oder den disfalls fol. 245. Vol. 1. zuerkand  
 Ende zuverschonen. B. R. W. ratio est, quòd  
 hoc modò præsumptio, à defuncto ad heredes docu-  
 menta pervenisse, elidatur. *Ord. Proc. Sax. d. tit. §. 2.*  
 Et ita quoque in *Ord. jud. Magdeburg.* expresse consti-  
 tutum c. 37. *ibi*: Er könne und wolle denn ein richtig in-  
 ventarium oder eine beständige specification aller sei-  
 ner briefflichen Urkunden vorlegen / auff solchem fall  
 würde er billich mit dem Ende verschonet.

Similiter qui in processu Executivo instrumen-  
 tum recognoscere aut juratò diffiteri jussus est, pro-  
 batione non salvabit conscientiam, prout habetur in  
*d. Ord. Proc. tit. 25. §.* Weil es auch *ic. verb.* zu reco-  
 gnosciren / oder in der Person eydlich zu diffitiren it.  
 Da sich der Principal der eydlichen diffession verwei-  
 gerte.



certe. Et istud quidem tam in editione quam in dif-<sup>30</sup>  
 fessione jurata salutariter ita constitutum est, ne, si in  
 ordinariis probationibus documentorum recognitio  
 aut jurata diffessio negligenter, alia ex alia depende-  
 ret probatio, & processus novum progeneret proces-  
 sum; aut etiam commutetur processus executivus  
 per ordinarias probationes in ordinarium, & sic fri-  
 volè retardetur executio ex instrumento, ut vocant  
 guarentigiato, instituta, quod prohibitum in *Ord. Pro-*  
*vinc. Elect. Sax. de Anno 1555. tit. Von flaren Brieff*  
*und Siegel. CARPZOV. P. 1. dict. const. 14. def. 22.*  
*Lib. 3. Resp. 55. n. 14. seqq. & in Proc. tit. 12. art. 5. n. 47. un-*<sup>31</sup>  
 de formula pronuncianti: daß Beflagter vorigem Ur-  
 thel nochmalts folge zu leisten schuldig/ und hat die an-  
 gemaste Gewissens Vertretung nicht statt. Limita-<sup>32</sup>  
 tamen, nisi documentum productum vitio visibili labo-  
 ret, ubi reus à recognitione aut diffessione videtur,  
 liberandus *d. §. 1. verb.* Ob er darwieder sichtbarliche  
 Argwöhnlichkeit / Mangel an Siegel oder dergleichen  
 hätte.

Cæterum tam in judiciali jurejurando, quod ad-<sup>33</sup>  
 versa pars defert, quam, quod Judex injungit, legali  
 sæpè hæc probatio, ut in sequentibus apparebit, locum  
 obtinet. Sic, cui purgatorium ex sententia judicis<sup>34</sup>  
 præstandum est, non prohibetur ad probationes con-  
 fugere; infert enim hoc generalitas *dictæ Const. Elect. 14.*  
*§. 7. quæ generaliter est intelligenda L. 8 ff. de public. in*  
*rem act.* Cui accedit expressa Electoralis Sanctio in  
*Ord. Proc. Sax. d. loc. vers.* Also wenn einem das jura-  
 mentum purgationis &c. Et ita etiam praxis Camerae  
 Imper. observat *vid. Ord. Cam. Imp. p. 2. tit. 10. §.* Wür-  
 C de

de sich aber/verf. Es wäre denn daß der Verklagte seine  
Unschuld darzuthun gefast wäre. vid. BERLICH. *part*  
*1. concl. 52. n. 30. seqq.* ubi hoc non modò in causis crimina-  
35 libus sed etiam civilibus procedere ait. Contrarium  
olim statuit DAN. MOLLERUS *ad Const. Elect. 23. § 24.*  
*part. 1.* Sed solide refutatus est ab ANDR. RAUCHBAR.  
*p. 2. q. 3. n. 11. seqq.*

36 Accidit etiam sæpe, ut in defectum solennis in-  
ventarii heredi injungatur res hereditarias mediante  
juramento manifestare; quæritur ergò, an juratò res  
hereditarias indicare jussus probationibus defungi  
queat? WESENBECK. *negat p. 1. consil. 3. qu. 2. n. 49. vers. et si*  
*esset.* & cum eo olim Curia superior Lipsiensis apud  
CARPZOV. *lib. 3. Resp. 55.* Contrarium tamen verius est,  
tàm propter generalitatem *Const. Elect. 12. p. 1. in pr. verb.*  
oder ander *End* / quàm quia talis, qui res hereditarias  
juratò indicare jussus est, in effectu juramentum pur-  
gationis præstat, quòd nempe, præter consignatas,  
nullas res ex hereditate ad se receperit: quæ etiam sen-  
tentia Senatui appellationum Dresdensi placuit apud  
eundem CARPZOV. *cit. loc.* & approbata est à Serenissi-  
mis Saxoniae Electoribus *part. 1. Const. 14. §.* Gleichwohl  
der Gemeinen & *Ord. Proc. d. tit. §.* Wenn nun. *verb.*  
Welcher regress, auch in juramentis legalibus, als wenn  
einem in Mangelung eines zu recht beständigen inven-  
tarii vermittelst *Endes* res hereditatis zu specificiren  
37 auferlegt wird. Similiter in juramento in litem inte-  
grum est actori delatum recusare & ad probationes  
confugere. Quandoquidem enim non nisi in ejus so-  
lius gratiam inventum est, quis negabit, eum huic fa-  
vori pro se introducto renunciare posse? *L. 71. ff. de*

R.V.

1315  
R. V. L. 8. ff. de in lit. jurand. Contrarium perperam  
vult MENOCH. Conf. 217. n. 26. l. 3.

Pertinet hūc juramentum minorationis. Si enim 38  
quis damna sibi data æstimet & petat, ut reus vel præ-  
stet æstimationem, aut juramentô suô diminueat, tunc  
ad probationem confugere potest reus, & docere tan-  
tum ab eo damnus datum non esse. ANT. FABER. in  
Comment. L. 4. t. 1. def. 37. VINCENT. CAROCC. dec. 12. For-  
mulam petendi exhibet DN. SUENDEND. ad Fibig Proc.  
cap. 2. §. 15. p. 556.

Tandem idem etiam obtinebit in juramento, quô 39  
mediante quis fructus perceptos indicare atque æsti-  
mare tenetur; possessori enim hūc probatio incum-  
bit, se tantum fructuum ex fundo possessio nec perce-  
pisse nec percipere potuisse, ut ex iis sibi satisfactum  
esset, prout in Rota Bononiensi judicatum refert  
PETR. DE BENINTEND. Decis. 64. n. 2. apud MOLLERUM L.  
4. semestr. c. 19. n. 3.

Itaque in his & similibus casibus probatio pro ex-40  
oneranda conscientia institui potest; quod adeo  
verum est, ut etiam procedat, licet in Actis ante  
sententiam de hoc non fuerit quis protestatus, nec  
per sententiam interlocutoriam probatio hæc fuerit  
reservata ei, qui probare satagit. Est enim hæc pro-  
batio à Lege concessa singulare quoddam juris bene-  
ficium, quod nullâ reservatione nec expressâ judicis in-  
diget, Consult. Const. Elect. Sax. t. 3. p. 3. qu. 41. incip. Ob  
gleich in Actis n. 1. & seqq. Ord. Proc. Sax. dict. tit.  
§. Wenn er ihm gleich dasselbe vor dem Urthel  
nicht bedinget hätte/ noch in dem Urthel/ welches seine  
C 2 Kraft

2701  
 Krafft erreicht / ausdrücklich vorbehalten wäre. BER-  
 LICH. p. 1. concl. 33. n. 9. add. CARPZOV. in Jurispr. Forens.  
 P. 1. C. 12. def. 14. n. 5. lib. 3. Resp. 50. n. 7. & in Proc. tit. 11. art.  
 41 s. n. 8. & 9. Quod si tamen reus in liti contestatione  
 sibi expressè probationem reservet, non ipsius arbi-  
 trario amplius ea relinquatur, sed in sententia hōc mo-  
 dō ipsi injungitur: Dieweil Beklagter auf die erhobene  
 Klage geantwortet / und solcher nicht geständig / so ist er  
 hierüber sein Gewissen / dahines ihm auff solchem Fall  
 gestellet / auff vorgehenden Klägers End vor Gefahrde  
 zu eröffnen / oder solches mit Beweis in Sächs. Frist  
 zu vertreten schuldig. DN. SVENDEND. ad Fibig.  
 p. 1340.

### CAP. III.

## QUIBUS TEMPORIBUS PRO- BATIO HÆC INSTITUI DEBEAT?

### Summaria.

Transitio. n. 1.	& Curiar. Provincial. Judiciis.
Terminus probatorius hęc duplex	n. 5.
observandus. n. 2.	Item in Curia Mercatorum Lips.
Primus oblationis ad probandum,	n. 6.
& est octo dierum. n. 3.	Jure Magdeburgico octiduum ad
Alter exhibitionis articulorum, qui	14. dies extensum. n. 7.
est spatium Saxonium. n. 4.	His terminis neglectis, deserta est
Secus in supremis Appellationum	

proba-

<i>probatio, nec datur regressus ad juramentum, n. 8.</i>	<i>Formula pronunciandi n. 22.</i>
<i>Ratio dubitandi, n. 9.</i>	<i>Limitationis ampliatio, n. 23.</i>
<i>Rationes decidendi, n. 10. 11. 12.</i>	<i>Terminus probatorius spatii Saxonici à tempore oblationis ad probandum computandus, n. 24.</i>
<i>Formula pronunciandi, n. 13.</i>	<i>Probatur Rationibus, n. 25. 26.</i>
<i>Ampliatio, n. 14.</i>	<i>Et præjudiciis, n. 27.</i>
<i>Cautela, n. 15.</i>	<i>Terminus octidui est continuus, n. 28.</i>
<i>Contrarium tenet Richter, n. 16.</i>	<i>Mandatum Elector. Jo. Georg. III. ratione octidui, n. 29.</i>
<i>Limitatur quoad juramentum superpletorium, n. 17.</i>	<i>Determinat triplicem casum remedium suspensivis intervenientibus, n. 30. 31. 32.</i>
<i>Datur heredi regressus ad juramentum, n. 18.</i>	
<i>Quod olim dubium fuit Saxonia, n. 19.</i>	
<i>Sed hodie certi juris est, n. 20.</i>	
<i>Ratio decidendi, n. 21.</i>	

**N**on tamen existimandum hanc salvandi conscientiam facultatem nullis prorsus legibus circumscriptam esse; sed sciendum, Jure Saxonico certum positum esse terminum, intra quem probationibus defensus conscientiam ad exhibitionem articulorum probatorialium se offerre debeat. Imò duo sunt observandi termini. Primus est octo dierum, intra quem, à tempore, quo in rem judicatam transit sententia, computandum, jurare jussus se declarare ac Judici significare debet, se conscientiam probationibus legitimis redempturum. Alter est spatii Saxonici, seu sex hebdomadarum & trium dierum, ante cuius delapsum articuli probatoriales exhibendi, aliaque ad probationem necessaria, was sonst einem Zeugführer obliegt und zusteht/observanda veniunt. Ita enim in Ord. Pr. d. t. §. 1. vers. Jedoch daß er sich dessen innerhalb



- halb 8. Tagen / nach dem das Urthel in seine Krafft  
 gangen / erkläre / auch hernach binnen Sächsischer  
 5 Frist die Beweis- Articuli einbringe. In supremo Ap-  
 pellationum Judicio, ut & in Curiis Provincialibus,  
 cum hinc certi per singulos annos constituti sint termi-  
 ni, semper in sequentem terminum probatio differen-  
 da est. CARPZ. *L. 3. Resp. 46. n. 11. 12.* In Curiaverò  
 6 Mercatorum Lipsi. spatium Saxonicum ad tres septi-  
 manas coarctatum est; intra quos offerendi sunt ar-  
 ticuli, ut colligitur ex *art. 15. j. art. 17. Ord. Merc.* Jure  
 7 Magdeburgico terminus octidui extensus est ad 14.  
 dies *juxta Ord. Pr. Jud. cap. 30. §. 10* ist auch demjenigen  
 vers. Oder sein x. darzu er sich binnen 14. Tagen nach  
 eröffnen / und in seine Krafft ergangenen Urthel erklä-  
 ren v. MART. *ad d. t. 19. O. P. §. 1. n. 25.*  
 8 Hos terminos probè observare debet, qui exone-  
 rare probationibus conscientiam cupit, quod si non  
 faciat probatio pro deserta, ipse verò pro confesso  
 habebitur, nec regressus ad juramenti præstationem  
 ipsi amplius patebit, expressè ita jubente Electore Se-  
 renissimo in *Ord. Pr. d. t. §. 1. vers.* Da aber derjenige/  
 so sich an statt des Endes einer Beweissung angemasset/  
 sich daran versäumet / soll er ferner zur Endes- Leistung  
 9 nicht gelangen. Quanquam verò hinc ratione, dupli-  
 cem pati reus videatur pœnam, dum unâ ex parte  
 privatur facultate probandi, alterâ regressu ad jura-  
 mentum, cum tamen æquitas postulet, ne ex uno de-  
 10 licto duplici quis pœnâ afficiatur; Posteaquam tamen  
 hæc probatio ad evitandum juramentum indulta, a-  
 deoque in ejus locum hoc quidem intuitu quoque sur-  
 rogata est; non potest non eo ipso, quo probatio deser-  
 ta



1319  
ta est & dicitur, perditum censeretur jusjurandum. Ha- II  
ctenus enim qualitas & natura surrogati semper ea-  
dem est cum illo, cui surrogatur. C. 3. X. ut lit. pend.  
quapropter etiam poena in surrogato locum habens  
extendenda est ad illud, cui fit surrogatio. MARTI-  
NI l. c. n. 26. Et quis quæso esset effectus poenæ de- 12  
fertæ probationis, si quis per juramenti præstationem  
obtinere adhuc posset, quod neglectâ probatione ami-  
ferat, cum nemo per indirectum rursus consequi de-  
beat, quod ipsi directò per legem ob negligentiam  
ablatum erat, prout constitutum est. in L. 4. §. 2. vers.  
Sive autem pr. ff. de his qui not. infam. Hinc pronun-  
ciari solet; Daß Best. an seinen Beweis damit er sein 13  
Gewissen vertreten wollen / sich ver säumet / und nun  
mehr auch mit der Eyd-Beistung ferner nicht zu zu-  
lassen. B. A. W. Et hæc adeò vera sunt, ut Judex ne-  
que ex officio, neque ad instantiam partis, elapsò 14  
semel terminò probatoriò, alium concedere possit.  
CARPZ. P. 1. Const. 16. Def. 1. Si itaque quis animad- 15  
vertat, se intra terminum Saxonicum, impetratis li-  
cet dilationibus, probationem ex defectu documento-  
rum non absoluturum, cautè procedet, si vel senten-  
tiam, desuper latam, remediis legitimis suspendat, vel  
impositam garandam aut satisfationem non ci-  
tiùs præstet, quàm paratum probatione suâ se esse  
cogoverit Ord. Proc. t. XI. §. 3. Contrarium de Jure 16  
Communi Saxonico statuit RICHTER. P. 3. Dec. 108.  
n. 15. ibique sententiam Curia Provinc. Jenensis pro  
se allegat, quam tamen meritò ob antea dicta sequi  
non possumus.

Sed limitatio utique dici meretur si quis quoad 17  
præ-

131

præstationem juramenti suppletorii, intuitu semiplenæ probationis injuncti tantum negligens fuerit.

18 Quod si enim hoc casu regressus ad principale Juramentum heredi, ut de credulitate jurare adhuc possit, si defunctus juramentum istud neglexerit, ex mox citando loco patet; quidni & ipsi reo? cum heres plus

19 juris habere nequeat, quam iste habuit. Et licet de herede res dubia visa sit veteribus Jctis Saxoniae, quod juramentum suppletorium pars quædam susceptæ probationis esset, adeoque cum probatio, deserto hoc juramento, annulletur, recursus ad juramentum principale, in cuius locum surrogata sit hæc probatio, dari vix queat; Discussum tamen est omne dubium,

20 postquam Serenissimi Electores firmissimum huic sententiæ robur addiderunt. *d. Const. XIV. P. 1. vers. Da er gleich zu Vertretung. & Ord. Proc. d. t. §. Damit*

21 *nun auch dieser passus.* Ratio decidendi fuit, quod, qui juramentum hoc negligit, non statim probationem neglexisse dicatur. Sanè, observavit semel probatorium tempus, & probationem consummavit, quæ, licet semiplena fuerit, atque ob intermissum juramentum parum aut nihil fortè operetur, non inde statim pro deserta habenda est; quin imò reus potius renunciasse censebiturei, quod per probationem talem consequi potuisset. Conf. CARPZ. *ad d. C. Def. ult. it. L. 3. Resp. 59.* Proinde talis hoc casu ferri hodiè consuevit sententia: *Daß Beklagter an dem ihm zuerkantem Eyd sich versäümet / er wird aber zu dem haupt Eyd nochmahls bißlich zugelassen. DN.*

23 SVENDEND. *ad Fibig. p. 1354.* Uti renuncianti quoque probationi cœptæ idem regressus ad juramentum

m  
p.  
do  
fit  
ca  
ad  
134  
mo  
nis  
xo  
pa  
im  
sic  
nis  
eti  
ba  
no  
arg  
ein  
Co  
fir  
ita  
nic  
un  
ber  
tic  
sua  
Lü  
Im



mentum permittitur. vid. DN. SVENDENDÖRFF. c. 1.

p. 1349.

A quô tempore spatium Saxonicum ad offeren-<sup>24</sup>  
dos articulos pro salvanda conscientia computandum  
fit, an à die & momento, quo sententia vires rei judi-  
catae accepit, an à die oblationis intra octiduum? non  
adeò expeditum est. DN. SVENDENDÖRFF. d. 1. p.  
1343. & post eum DN. ZIEGLER. in *Comment. posthu-  
mo ad Ord. Proc. pr. verb.* Auch hernach / à die oblatio-  
nis putant, quorum sententiæ, utpote in Judiciis Sa-  
xonis receptæ, meritò subscribimus. Primò enim <sup>25</sup>  
particula hernach / quæ in *d. t. Ord. Proc.* occurrit. verb.  
innerhalb 8. Tagen erkläret / auch hernach binnen Säch-  
sischer Frist ic. non levem præbet conjecturam, Sere-  
nissimum LLatorem ad id tempus respexisse; Deindè <sup>26</sup>  
etiam nullum est dubium, quin, ubi aliquid ante pro-  
bationem expediendum in Judicio est, computatio  
non à tempore rei judicatae, sed negotii expediti fiat,  
arg. *d. Ord. Proc. t. de Exceptionib. §. 2.* Es soll aber / verb.  
ein Genüge geschehen. Hinc Dn. Scab. Lipsiens. in causa  
Caspar Schambergers Besl. contra Gottfried Ströf, <sup>27</sup>  
fling Klägern coram Prætorio Lips. d. 28. Junii. 1683.  
ita judicarunt: Daß Klägers Suchen noch zur Zeit  
nicht statt hat / sondern es wird desselben Einwendens  
ungeacht / mit Anhörung des von Beflagten angege-  
benen Zeugnisses billig verfahren. Et DN. ZIEGLER. par-  
ticulam hernach ita explicatam in Collegio Facultatis  
suæ meminit l. c. anno 1686. Mense Jun. in causa Joh.  
Lüdeckens / contra Andr. Rohledern zu grossen Salza.  
Imò jamdudum in Curia Electorali Vitembergensi  
D eodem

28 eodem modo pronunciatum accepimus. Cæterum tempus hoc legale continuum est, adeo, ut nullis feriis solennibus vel repentinis suspendatur, sed etiam die feriata, perinde ut quævis alia ordinaria, expediri possit probatio. Quod sicuti in Ordin. Proc. Magdeb. expresse dispositum reperitur *cap. 31. ib.* Daß die Fastnachts Ferien in der zum Beweis bestimbten Zeit begriffen seyn sollen; ita secundum hoc in Prætorio Hallensi iudicatum fuisse meminit Christoph Lange in *Isagoge ad Proc. c. 43. n. 17.* Daß Befl. an den ihm zuerkanten Ende / der in das 14. tägige fatum oblationis ad jurandum eingefallenen Fastnachts Ferien ungeachtet / sich verläumet.

29 Diximus supra octiduum computari post decendium, quo sententia publicata vires rei iudicatæ consecuta est. Non tamen hic prætereundum speciale Mandatum Electoris gloriosissimæ memoriæ Johannis Georgii III. d. dato d. 8. Maji 1682. quo Serenissimus Princeps dubiis quibusdam casibus, qui ratione hujus octidui ob remedia suspensiva incidere solent, succurrere voluit. Triplicem verò potissimum ibi determinat casum, præter eum, qui in Ordinatione Proc. d. l. habetur. *Primus* est, si ejusmodi remedia non admisibilia aut deserta aut priores sententiæ confirmatæ sint, & tunc currit octiduum post decendium publicatæ desuper sententiæ. §. Wann uns dann &c. ib. Eher nicht / als biß dieselbe / sie mögen auch gleich vor unzuläßig oder desert, oder / wenn sie gleich zuläßig / doch derselben ungeachtet / erkant werden / gänzlich aus dem Wege geräumet / und das Leuterungs

rungs Appellation- oder Ober- Reuterungs- Urthel  
 Rechts-kräftig worden/ zu lauffen anfangen solle. *Se- 31*  
*cundus casus est, ubi rejecta fuerint per signaturam hæc*  
*remedia, quò octiduum post decendum ab hâc reje-*  
*ctione currit, cum rejectio ista per nuncium juratum,*  
 insinuari debeat partibus. *§. Also ist 2. ib. Daß zwar*  
 demjenigen/ welcher schweren soll/ post decendum, ab  
 hâc rejectione, intra octiduum ( ungeachtet/ daß auch  
 gleich hernachmals von solcher rejection appelliret / o-  
 der pro receptione denuò angehalten/ oder wegen bes-  
 chehener Rejection über die Unterrichter an den Ober-  
 richter Beschwer geführet würde) sich eventualiter zu  
 offeriren/ nachgelassen seyn/ auch solche eventual obla-  
 tion pro anticipatione, zur Verseumung des Endes/  
 ihme nicht gerechnet werden soll. *Tertiò demùm casu za*  
*si vel ante vel post emissam citationem renunciatum,*  
 sit remediis hîsce, fatale octidui computari debet non à  
 momento scientiæ privatæ factæ renunciationis, sed  
 vel à tempore factæ notificationis judicialis, si ante cita-  
 tionem renunciatio facta, vel, si post citationem fiat, à  
 die rei judicatæ. *§. Nachdem auch 2. ib. und so dann*  
 das fatale octiduum erst à tempore insinuationis,  
 ungeachtet er auch gleich sonsten privatim von der  
 renunciation Wissenschaft erlanget haben möch-  
 te / anzurechnen seyn  
 solle.

D 2

CA.

1121

CAP. IV.

QUI SINT EFFECTUS PROBATIONIS PRO EXONERANDA CONSCIENTIA?

SUMMARIA.

- Probatione hac plenè absolutà reus à juramento liberatur & absol- vitur. n. 1.*
- Ratio. n. 2.*
- Formula sententionandi. n. 3.*
- Nec admittitur tunc actoris re- probatio. n. 4.*
- Ratio. n. 5.*
- Concordat Ordinatio Processus Magdeburgensis. n. 6.*
- Formula Sententionandi. n. 7.*
- An interrogatoria admittantur? n. 8.*
- Dissensus olim inter Dicasteria Sa- xonica. n. 9.*
- Decisum Electorale. n. 10.*
- Ubi admittuntur quoad personas testium. n. 11.*
- Ratio. n. 12.*
- Quid si defecerit probatione reus? distinguendum. n. 13.*
- Si nihil plane probavit, jusjuran- dum referre nequit. n. 14.*
- Regressus tamen patet ad jusjuran- dum principale. n. 15.*
- Ampliatur etiam in jurejurando legali. n. 16.*
- Formula pronuntiandi. n. 17.*
- Si verò semiplenè probavit in sup- plementum jurare tenetur. n. 18.*
- Et hoc neglecto ad principale jura- mentum regredi potest. n. 19.*

I **A**bsoluta hac probatione, eoque plenè ac sufficien- ter deductò, super quo jusjurandū impositum aut delatum fuerat, liberatur reus statim à juramen- to, & ab instituta actione absolvitur, prout habetur in *Ord. Pr. d. t. 19. §. Wenn nun einer/ib. und da der Zeuge Führer*



Führer dasjenige was er schweren sollen wie Recht erwiese/ und dadurch sein Gewissen vertrete/ mit dem Eyde ferner verschonet/ und von der Klage absolviert werden. Ubi enim adest sufficiens probatio, cessat juramenti præstatio, cum nemo superflua probatione onerandus sit. *L. 1. §. f. ff. de testib. L. 14. in f. ff. ut legat. seu fideic. & tunc ita pronunciari solet.* Die weil Beklagter dasjenige / was er schweren sollen/ wie Recht erwiesen / und dadurch sein Gewissen vertreten/ so wird er mit dem Eyde billich verschonet/ und nunmehr von der Klage absolviert und entbunden / massen wir ihn davon entbinden und loßzehlen.

Acriter vero superiori tempore inter Doctores disceptatum fuit, an, qui prius detulerat juramentum, hoc casu ad contrarias probationes admittendus sit? cujus rei vestigia extant in Consult. Const. Sax. tom. 1. p. 3. qu. 1. n. 1. 3. 4. sqq. & tom. 2. p. 3. per tot. Hodie tamen omnem litem dirimit Elector Saxon. Augustus in sæpe allegata *Const. 14. P. I.* ib. So soll auch disfalls der Kläger mit keiner Gegenbeweisung zugelassen/ sondern dieselbe ihme stracks ohne Mittel aberkandt und abgeschlagen werden. etc. quod etiam approbavit Elect. JOH. GEORG. *Ord. proc. d. l. verb.* soll seinem Wiederpart/ vermöge vielgedachter unsers Groß Herrn Vaters Constitution, keine Gegenbeweisung verstattet werden. Quo ipso Serenissimi Principes non saltem præcidere lites, sed & reo succurre voluerunt, quippe qui, si actor ad contrarias probatio-

2581  
nes admissus vel plenè vel minus plenè probaret,  
privaretur in probando deficiens beneficio isto, quò  
ipfi regressus ad juramentum patet, ut infra dicemus  
n. 15. siquidem ob metum perjurii ad juramenti præ-  
stationem non admitteretur; cui tamen ob favo-  
rem sui omninò aliàs contrariaretur text. in *cap. in-  
dultum 17. de R. I. in 6. § L. 6. C. de LL. v. CARPZ. ad d.*  
6 *Const. Def. 16.* Quod jus quoque in Archi-Episcopatu  
Magdeburgensi obtinet. *v. Ord. Proc. Magdeb. c. 30. §.*  
7 *so ist auch.* Hinc sententia talis fertur: **Daß der  
angemaste Gegen-Beweis nicht zulässig.**  
8 Idem dicendum de interrogatoriis, eò ipso  
enim, quòd reprobatio prohibita est, prohibita,  
quoque censentur interrogatoria, quippe in qui-  
9 bus ut plurimum reprobatio continetur. Quod  
cum quondam Inclyta Facultas Jurid. Lips. nega-  
verit, expresam prohibitionem desiderans arg.  
*L. 13. ff. de testib. contradicente supremo Ap-  
pellationum Senatu apud CARPZOV. c. 1. n. 10. seqq.*  
10 Serenissimus ad tollenda hæc Dicasteriorum diffi-  
dia Ordinationem Judicalem avthenticâ interpre-  
tatione ita declarare voluit, ut in tali probatione pro  
exoneranda conscientia susceptâ, non modò nulla  
reprobatio, sed nec interrogatoria quoad merita,  
causæ super articulorum circumstantiis & qualita-  
tibus, admitterentur *Decis. 19. ib.* sendern auch ei-  
nige interrogatoria in meritis, und so viel die haupt  
11 **Sache betrifft nicht angenommen.** Ea tamen, quæ  
super personis testium formata fuerint, concessa  
sint, *ib.* **Wieder der Zeugen Personen aber zuläße-  
liche**



liche interrogatoria verstatet. Noluit enim Sere-<sup>12</sup>  
 nissimus hoc in casu omnem actori præscindi de-  
 bere defensionem, sed eidem contra personas te-  
 stium interrogatoria concessa voluit, quòd testium  
 personæ, quæ hic adhiberi solent, inhabiles aut sæ-  
 pè suspectæ esse possint, quas, si contra eas nihil  
 opponere liceret actori, postmodum iudex ad-  
 mittere, nec ex officio repellere deberet, ut notum  
 est. FARINAC. *de testib.* qu. 62. n. 175. v. CARPZ. *lib. 3.*  
*Resp. 50. n. 13. it. in Proc. t. 11. art. 5. n. 29. seqq.* Hactē-<sup>13</sup>  
 nus quid operetur hæc probatio, si absoluta  
 fuerit, & probatum, quod probandum erat. Si  
 hoc non probatum, videndum est, an in totum  
 defecerit in probando reus, an tantum pro parte.  
 Priori casu referri quidem non amplius poterit jus-<sup>14</sup>  
 jurandum, cum reus onus probandi semel in se su-  
 sciperit *arg. L. 5. C. de Obl. & Act. & terminus refe-*  
*rendi jam effluxus sit, ubi relationi nunquam lo-*  
*cus dari solet. CARPZ. ad Const. 14. P. 1. d. 2. § 19.*  
 Interim tamen regressus patebit ad præstationem  
 juramenti principalis, quia, ad alterutrum obliga-  
 tus est. Quin imò, si quidem causam perdere no-  
 lit, præcise tum jurare tenebitur, uti vult Serenis-  
 simus Elector *Ord. Proc. d. t. verb.* Wenn er es aber  
 nicht genungsam erwiese / alsdenn vermöge gemei-  
 ner Practicen dieser Lande den deferirten Eyd noch  
 mahls zu schweren schuldig seyn. *j. dict. Const. 14. ib.*  
 Gleichwohl der gemeinen practicen nach den Eyd  
 nochmahls schweren kan. *CARPZ. ad d. Const. D. 18.*  
 Quod ampliatur, etiam eo casu, quo legale jura-  
 mentum injunctum fuerit. *Ord. Proc. c. l. verb.* Wel-<sup>16</sup>  
 cher

über regress auch in juramentis legalibus &c.  
 17 Hinc pronunciarī solet: aus den Acten so viel erschei-  
 net/dasß Besh. sein Gewissen mit Beweisung nicht ver-  
 treten / derowegen ist er nochmahls dasselbe vermit-  
 telst Endes zueröffnen oder den ihm deferirten End  
 18 zuschweren schuldig. *Posteriori* verò casu, ubi pro  
 parte tantum probavit qui probationem hanc su-  
 sceperat, locus erit juramento suppletorio, quod ipsi  
 hunc in modum injungitur : Bürde Kläger/dasß  
 &c. eydlichen erhalten / und also in supplementum,  
 schweren / inmassen ihme zu thun obliget / so hat er  
 dasjenige / so ihme zu Vertretung seines Gewissens/  
 zu erweisen obgelegen / und er sich angemasset / zur  
 Nothdurfft erwiesen und wird demnach &c. dispo-  
 nente sic *Ordinat. Proc. d. S.* Wann nun. ib. sondern  
 allein so viel ausgeführet/dasß ihm das Juramentum  
 in Supplementum zu schweren durch ein urthel zu  
 19 erkandt worden ic. *Quod* si quoad hujus præstati-  
 onem etiam negligens fuerit, nihilominus ad prin-  
 cipale juramentum regredi poterit, per ea quæ  
 supra adduximus. Atque hæc pro ingenii viri-  
 bus & temporis ratione de probatione pro exone-  
 randâ conscientîâ adnotasse sufficiant. Tu verò  
 B.L. si scopum non ubique ferire videar.,  
 ignosces, cum in nullo penitus errare Divi-  
 nitatis magis sit, quàm mortalitatis.

D. S. G!






56

60 A

ULB Halle 3  
002 635 348







B.I.G.

Farbkarte #13

1645  
15a 1300  
21

s!  
AUGURALIS

# TIONE ERANDA ENTIA.

Wissens mit Beweis!

eto  
bergenfium Ordinis,  
DE

## DO SUEVO,

giorum, quæ hîc  
ore,  
*noribus obtinendis*  
M. DC. XCV.

## SCHÜTZ,

is.  
majori,  
meridianis.

CHRÖDTERIANO, Acad. Typ.

